

Regimon.
lib. 3.
Epitomes:

Duplex via,
alia additi-
onis, alia sub-
tractionis.

De via sub-
tractionis.

noster docet, si radix temporis posita sit super principium diminutio-
nis æquationem dierum semper subtrahendam esse, vt ex differentibus
diebu- fiant mediocres, & contra addendam mediocribus vt fiant dif-
ferentes, quos vocamus apparentes. Contrarium autem fit, si radix
temporis posita fuerit super principium additionis. Visa est autem eis
aptior in hac tractatione via subtractionis, quàm additionis, eò quòd
maxima æquatio subtrahenda superat maximam addendam, tum et-
iam quod in pluribus signis zodiaci vel maiore parte anni aufertur æ-
quatio, quam additur, quemadmodum ex ptiori canone satis perspicu-
um est.

Verum vt hæc obscurius dicta fiant quàm planissima simul etiam,
vt id quòd reliquum est in hac explicatione, absoluator, rem ipsam,
quantum huius instituti ratio patitur, ante oculos statuemus, Ad ini-
tium annorum Christi æquales \mathcal{D} motus sub meridiano Regiomon-
tano infra sic posuimus.

	Sex	par.	I	II	III	IIII
Medius motus longit. \mathcal{D} à \odot	3	29	58	22	36	56
Anomalix \mathcal{D} .	3	27	13	27	41	16
Latitudinis \mathcal{D} .	2	9	41	50	37	59

Hæc Epoche, qua æquales \mathcal{D} motus initio annorum Christi adfixi
sunt, conuenit primo modo æquationis dierum quemadmodum & aliæ
omnes Epochæ omnium æqualium motuum. Secundo autem modo
hæc ipsa sola conuenit, non aliæ quoq;, vt prius dictum est. Tertio au-
tem modo nequaquam conuenit, nisi prius hæc correctio adhibe-
atur, quæ nunc sequitur Maxima dierum æquatio addenda ex priori
canone colligitur in 22. parte ss scrupulorum 8 1^a, 9 2^a, vnius horæ.
Huic æquales \mathcal{D} motus respondent.

	I	II	III	IIII
Longitud à \odot	4	7	52	43
Anomalix	4	25	39	17
Latitud.	4	28	59	48

EPPOCHA Quæ addita superioribus numeris singula suo loco constituunt
epochen æqualium motuum \mathcal{D} quæ proprie huic tertio modo æquati-
onis conuenit, nempe.

æqualium
motuum \mathcal{D}
initio anno-
rum Christi
conueniens
tertio modo
æquationis
dierum.

	Sex.	Part.	I	II	III	IIII
¶ Longitud à \odot	3	30	2	30	29	39
Anomalix \mathcal{D}	3	27	17	53	20	33
Latitud. \mathcal{D}	2	9	46	19	37	47

Ad consimilem modum emendabis, si lubet, æquales motus cæte-
rorum planetarum initio annorum Christi affixos seu alligatos, & si
hæc